



17486

I

Mag. St. Dr.

P


bres.

Wojtawicki Alberti. Vixit virtus  
Clariss. et ad. R. S. D. M. Jawobi  
Ustiensis.

PANEG. et VITAE

Polon. 4<sup>te</sup>

M. 684.



# VIVAX VIRTVS

Clarissimi & admodum Reuerendi D. D.

## M: IACOBI VSTIENSIS

ECCLESIÆ COLLEGIATÆ

S. FLORIANI CANONICI

S. THEOL: & I. V. DOCTORIS.

Dùm.

In Almâ Academiâ Cracoviensi inter Docto-  
res S. Theolog. ac Professores dignis-  
simos publicè cooptaretur.



A

M. ALBERTOWOY TOWICKI  
Seniore Contub: Philosoph. Scholæ  
Pœtices Professo. Novodwors:

DECANTATA.

Anno Domini M. DC. XXXIX. die 15. Cal. Decem.

CRACOVIAE.

In Officinâ Typographica Martini Philipowski.

anno. 409.

Insignia Almae Vniuersitatis  
Cracouienfis.



1748. I

Hec Academiæ duo sunt insignia sceptra  
Dirigit imperio que Deus ipse suo.  
Alma parens Academia Regi subdere Regum  
Duratura ævo perpetæ Rego Deo.



## O D E

### *Tricolos Tetraastrophos.*

V STINI, Patriæ maxima laus Tuæ,  
Doctorumq; iubar Craciaci Soli,  
Et lux magna Lycei,  
Regum Sauromatūm polo.  
Sublimi solio dūm meritis honor,  
Dignum sponte suâ Te sequitur virum,  
Imponitq; sacratæ  
Fronti ferta tuæ labor.  
Immortale decus Graciades tibi,  
Musæ percipiunt pleniūs addere,  
Doctoremq; salutant,  
Vltrò plausibus omnibus,  
Sudorum memores, quos Academicis  
Impensè Cathedris, sedulus, & vigil  
Semper penè subisti,  
Cultor maximus Ingeni.

A ij

Olim

Olim quantus eras indole floridâ  
Annis in teneris. Alma Academia

Testis magna: Scholarum

Cætus quæ tibi tradidit.

Magnus Mæonio Carmine Virgili,

Cantabas superos, ingenio pari

Fortis sistere ripas,

Et Delphinas in æquore.

Magnus suauiloquæ flumine copiæ,

Decurrens veluti montibus arduis,

Amnis mellifluo imbre,

Traxisti ad Te animos feros.

Quem Tigres etiam soliuagæ suis

Audiuerè iugis, perdomitæ dehinc

Sunt passæ ora capistris,

Subiecisse tuis feræ.

Immanis rabie trux Leo, amabili

Motus voce tuâ, mitior extitit

Lynx, & sæuior vrsus,

Cessere imperio tuo.

Mirati

Mirati ingenium sunt homines tuum,  
Velox, acre, memor, mobile, perspicax;  
Diuinum potius quam  
Humanum, docile, & sagax.  
Quo felix nimium, mersa profundius  
Altis in puteis dogmata, Dædalâ  
Innexa arte Sophorum  
Obscura, ardua, nubila,  
In lucem patulam, viribus indolis  
Produxi propriæ. Prodigium propè  
Doctorum omnium, & vnum  
Lumen, veraq; mens Sophum.  
Sic primæua, tuâ flammigerâ face,  
Mentis sic acie, perspicis omnia:  
Vt scrutarier alter,  
Vix hæc audeat, aut queac.  
Illustrata tuis est radys schola,  
Claro Sole velut, tecta stylo arduo,  
Solers mens Stagiritæ,  
Per Te iam patet omnibus.

Aij

Anfra-

Anfractu vario corda studentium  
Soluisti Sophizæ, dux bonus ingenii,  
Et filo rationis,  
Eduxti è tenebris Sophos.  
Debet tota tibi progenies Sophum;  
Debent Doctæ scholæ pulpita gratias,  
Quod cœu Lucifer alter,  
Lustrâsti tenebras Sophum.  
Hinc te Laureolæ, non modo patrio  
Ornârunt meritum climate debitæ,  
Ornauere Palæstræ  
Externæ, Hesperio polo.  
Miratæ ingemum Sarmatici soli,  
Miratæ studium, nutibus incimis,  
Congessere tibi vltrò  
Vni seruaduo inclyta.  
Diuini studij scilicet vnicum,  
Quo nileximus, Iuris & Alterum,  
Magnus Doctor vtroq;  
Prosis Ecclesiaz Dei.

Iagel.

Jagelloniadūm, iam modō Regiā,  
Doctores celebres inter ut in scholā,

Doctor nomina prēndas,

Et subsellia summa.

Iustum tempus adest. Te tua Maxima,

Hæc & sola Parens, Alma Academia

Aplexata suāui

Dextrā principe Filium,

Dignaturq; throno suscipere inclito,

Doctoresq; suos inter amabiles,

Sellā tollit eburnā,

Imponens Capiti decus.

Eia ô magna tuæ Fax Academix,

Nutu Cælicolum nomine& omne,

Ad fastigium honoris

Felix scandito prosperè.

Magnis pro meritis, cara Parens tibi,

Quæ caro genito fert alacri manu,

Promptus suscipe fasces,

Quos mater tibi dat tua.

Supre-

Suprēmūq; locum lātior occūpa,  
Diuos Terrigenas inter; & exere  
In summo iubar axe,  
Toton pulcher, & aureus.  
Te quantoq; magis subuehit altiūs,  
Virtutis meritum; mente tuā ad Deum  
Fac tantō mage surgas,  
A terris alienior.  
Totā mente Deo, totus inhæreas,  
Totis atq; Deum viribus haurias,  
Totus fixus in illo,  
Vitam viuīto cælitem.  
Cælestemq; magis præstiteris virum  
Te, quām Terrigenam. Vita Theologum  
Nam diuina decet, Fac  
Diuis viuere par queas.  
Oblitusq; hominem, Cælicolæ modo  
In terris placidè tempora transīgas,  
Ex mortalibus vñus,  
Vitâ Sanctior omnibus.

Prælu-

Præluce Populo moribus integris,  
Præluce Ecclesiæ, Luce Academiæ,

Stellas inter uti Sol,

Inter Sydera Cynthia.

Doctrinæ radijs plus radiantior,

Quam Titan roseis dum vehitur rotis,

Quando manè per orbem

Ignes procytiaureos.

Sic diuinus eris; sicq; Theologi

Vexus nominibus; quæ tibi tu Tuâ

Vitæ religione,

Cælo promeritus capis.

Merces parua sed hæc pro meritis datur

Virtuti eximiæ, maior honos manet,

Maior gloria cælo,

Hæc post fata, Theologum.

Cælo Sol veluti perpetè seculo,

Clarebis radians. Iustitiam Dei

Quod prædixeris olim,

Clarebis iubar exerens.

Nunc

Nunc terras radia luminibus tuis,  
Ad Cælos populo præuius inclyto,  
Cunctis dux ad Olympum,  
Monstrato astra fidelibus.  
Nec decede prius; donec eant tibi  
Soles mille boni, & secula Nestoris,  
Vincas plenior annis,  
Cygno persimilis Senex.

*Ad lectorem.*  
Plectris parcito, quòd diserta non sume,  
Palmæ gloria fecit, ut silerent.

Sub felicissimis Auspiciis, Clarissimi atq; Ma.D.  
MATTHIÆ W O NIEYSKI Philosophiae  
ET MEDICINÆ DOCTORIS, ac Professo-  
ris, RECTORIS Academiæ Cracoviæ,  
dignissimi, & Proconsul's eius-  
dem Vrbis vigilantissimi.

D. O. M.

Virgini, & Matri Castissimæ, Cælorum univer-  
se Curie Gloria & gratia.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0018944

